

L.

Edic^{um}

Jus Asyli, & Immunitatem Ecclesiasticam
concernens
de 1766.

Nos WILHELMUS ANTONIUS Dei & Apostolice Sedis
Gratia Episcopus Paderbornensis, S. R. I. Princeps, Comes
Pyrmontanus &c.

Inter innumera, quæ præteriti Belli tempora progenerauit mala, illud non infimum, sed fanè luctuosissimum fuit,
quod Quies & tranquillitas publica vix restituta à Coadunatis prædonum ac latronum turbis in discrimen vocata, &
sepè sepius violata fuerit. Ingravescenti malo statim ob-
viam ivimus, nec labori, nec sumptibus pepercimus, quo
nefandum hoc hominum genus, in manus Justitiae tradere-
tur, & condignis penis afficeretur: Quantas autem cursu^m
Justitiae injecerit remoras, quod unus sceleratorum vigilan-
tiæ excubitorum eludendi, & ad Ecclesiam nostram Ca-
thedralē fugiendi, occasionem nactus fuerit, neminem la-
tere potest, qui perspectum habet, quod Constitutio à sum-

mo]

L. Edic^{um} Jus Asyli, & Immunitatem &c. 271

mo Pontifice glor. mem. BENEDICTO XIII. Anno 1725.
ratione Juris Asyli emanata, & ab Antecessore Nostro, Sé-
renissimo quondam Electore Colonensi, & huic Episcopo
CLEMENTE AUGUSTO pia mem. Anno 1755. in vim legis
duplicata, Immunitati Ecclesiastica adeò faveat, ut, nisi delinquen-
tes in abyssum quasi scelerum devenerint, & illorum plusquam
semiplenè convicti fuerint, illorum detractio è locis immunibus
denegetur, sed restitutio eorum fieri debeat; Cognitum quidem
erat Nobis, aliam Constitutionem à S. Pontifice BENEDICTO XIV.
glor. mem. Jus Asyli & Immunitatem Ecclesiasticam magis limi-
tantem promulgatam esse; Cum autem illa pro aliquibus Reg-
nis & Provinciis sollempniter data, ad Diocesin hanc nostram
vero extensa non fuerit, Judicibus criminalibus à Nobis consti-
tutis injunxit, ut ad Normam Legis publicæ, Constitutionis
scilicet antedictæ BENEDICTI XIII. procederent, nec animum
Nobis esse, ut Immunitas Ecclesiastica contra Leges semel recep-
tas, ullo modo laderetur. Veritas opprimi nescia, & scelera
Justitiam ultricem clamantia manifestum tandem reddiderunt,
deliquentem exceptorum criminum reum & convictum esse, nec
Jure Asyli gaudere posse, sed judicibus criminalibus extradi de-
bere; Quandoquidem verò alii casus in futurum obvenire possint,
in quibus Immunitas Ecclesiastica, & Jus Asyli in majus dubium
revocari queat; Hinc laudabili Exemplo aliorum Principum ani-

Dritter Theil.

M n

ma-

mati, ad S. Pontificem CLEMENTEM XIII. gloriofissimè regnante recursum habuimus, illumque humillimè rogavimus, ut Constitutionem ab alesfato S. Pontifice BENEDICTO XIV. editam Immunitatem Ecclesiasticam magis limitantem ad Diocesin nostram, pro Quietè, & securitate subditorum extendere dignaretur.

Annoit Sanctissimus. precibus nostris, & tanto favore illas exceptit, ut speciale Breve tenoris sequentis defuper ad Nos relaxare non gravatus fuerit.

CLE-

CLEMENS PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MÉMORIAM. Alias fel rec. CLEMENS PP. XIII. Prædecessor Noster per suas, sub Plumbo expeditas litteras, nempd primo Kal. Februarii Anno Incarnationis Dominice MDCCXXXIV. Pontificatus sui anno quinto ad compescenda, & coercenda, atque ab hac alia Urbe, totaque temporali S. Romanæ Ecclesiæ Ditione penitus avertenda, atque eliminandâ homicidia, quæ à Viris sanguinum Divini, humanique Juris oblitis, incredibili cum immanitate, indies magis magisque increbescente fæpissimè patrari, non sine gravissimo paterni animi sui dolore, ac morore audiverat, Constitutionem, quæ incipit [In supremo Justitiae folio] promulgavit, in quâ, postquam omnes, & singulas Constitutiones à rec. mem. PRO II. PAULO II. SIXTO IV. GREGORIO XIV. CLEMENTE VIII. INNOCENTIO XI. INNOCENTIO XII. ac BENEDICTO XIII. & quibusvis aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter nostris, tunc suis adversus homicidas falubet rimè editas approbavit, confirmavit, & innovavit, illasque adversus quemcunque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo pretendi vel alligari posset, in pristinum restituit, & plenarie reintegravit, quas deinceps omnino, & inviolabiliter observari precepit, & mandavit, inter cetera in leadem Constitutione contenta hæc prescripta erant, tenoris qui sequitur [Et quoniam ex-

experimento compertum est, administrationem, & cursum recte & expeditè justitiae, qua reipublicæ salus præcipue innititur, summoperè obiurbari, vel ab excessivo numero Privilegiatorum, vulgariter [Patentati] nuncupatorum vel à minus recta Intelligenzia privilegiorum concessorum, proinde salvis, firmisque remanentibus Decretis, & resolutionibus, que temporibus fel. itidem record. URBANI PP. VIII., & Dotorum INNOCENTII XI. ac INNOCENTII XII. Praedecessorum, aut alias quandocunque eâ super re emanarunt, volumus, quod Privilegium fori nemini querumcumque privilegiatorum hujusmodi tam in Urbe, quam in Reliquo statu Ecclesiastico prædictis (Officialibus, aliisque privilegiatis à Congregatione pro tempore existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium contra hereticam pravitatem Generalium Inquisitorum, ac Ministris necessariis actu inservientibus Archiepiscopis, Episcopis, ac Ordinariis ptis, eorumque Curiis dumtaxat exceptis) pro crimine homicidii suffragentur, sed dicti Privilegiani, quatenus clericali charactere insigniti, Ecclesie & quatenus Laici fuerint, sæculari Jurisdictioni subjaceant. Referentes Nobis facultatem declarandi, quinam, quoque esse debeant veri familiares dictorum Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac ordinariorum, ac Officialis necessarii Curiis Ecclesiasticis verum, & actuale servitium præstantes — Insuper, quia ex illis, etiam qui in fortem Domini vocati sunt, quique alias irreprobusili

&

& ab omni culpâ & macula immunis vita, ac virtutum Exemplio prælucere deberent, aliqui interdùm reperiuntur, adeò fūz vocationis immemores, ut impellente humani Generis hoste, pluribus etiam homicidius manus suas cruentare non perhorrescant; Nos perversorum quorumecumque malitiae obviandum esse non indulgendi probè intelligentes, ad istorum quoque frenandam perficaciam, pérpetuò itidem statuimus, quod Clericus priuatus nullum beneficium Ecclesiasticum obtinens, tam etià Conditiones Clericis hujusmodi à Concilio Tridentino præscriptas servaverit, ac servet, pro duobus tamen homicidiis animo delibерato, & Præmeditato per eum patratis privilegio fori, & Canonis, in eodium tanti Excessus, & ad aliorum terrorem exuatur; & ut incorrigibilis omnino sæculari potestate subjiciatur, ab eâ tamquam Laicus legitimis paenit plectendus. Clericus quoque in minoribus ordinibus constitutus nec perire beneficiatus, nec præscripta à Concilio Tridentino pio servans tam celebs, quam conjugatus in causis homicidii, dicto Privilegio fori non gaudeat; neque privatus remaneat, neque à proprio Episcopo, seu ordinario repeti, minùsque habitum clericalem, quem indignè abjecit, reassumer possit, post totaliter expiatam admissi delicti penam. Declaratio autem, en reus ante patratum delictum homicidii requiri à Concilio Tridentino servaverit, ad Episcopum, aliquaque loci ordinarii omnino spectet, non retardata interim delinquens

N 13

aff.

assecuratione facienda etiam per Judicem secularem nomine Ecclesie, qui illum praedictae Ecclesie nomine ad illius dispositionem retinere posset, & debeat, donec dicta declaratio prodierit quacumque diversa, ac etiam contraria Juris Canonici, & Apostolicarum Constitutionum dispositione, seu interpretatione nec non consuetudine haud refragante. Porro, cum idem BENEDICTUS Praedecessor animadvertisse homicidia hujusmodi suo etiam tempore increbescere, nec minus, quam alia facinora in celebri Constitutione dicti GREGORII XIV. etiam Praedecessoris, quæ incipit "Cum alias recensisita publicæ Quieti officere pro commissi sibi Apostolici officii debito, per præfata suam Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV. sexto Idus Junii, cuius initium est" Ex quo Divina evulgatam Constitutionem Laicos animo præmeditato, ac deliberato proximam suum interficientes ab Ecclesiastice Immunitatis beneficio excluderit, & repulerit, atque pro exclusis, & repulsis haberi voluerit; Nos, ob gliscentem indies quorumdam Ecclesiasticorum nequitiam, qui nulla proprii status habita ratione non raro in adeò nefarium detestandumque crimen prolabuntur, ipsorum GREGORII, BENEDICTI Praedecessorum Constitutionibus, quas supra confirmavimus, atque innovavimus, inherentes, & quatenus opus sit, criminis in illis exceptorum reos immunitate Ecclesiastica nequaquam juvari iterum decernentes, eamdem BENEDICTI Praedecessoris Constitutionem Laicos animo præmeditato,

ac deliberato proximum suum sicut præmititur, interficientes à beneficio Immunitatis Ecclesiastice excludentem ad ipsos Ecclesiasticos cujuscumque Gradus, & ordinis existant in Urbe, & universa Ditione Nobis, & Sedi Apostolica meditata vel immeditata subiecta homicidium animo similiiter præmeditato, seu deliberato patentes extendimus quoque, & ampliamus, dummodo tamen causa admitti per eos homicidii ab illorum Judice Ecclesiastico competente cognoscatur, & ab eo, si rei reperti fuerint, citra poenam sanguinis ad præscriptum Sacrorum Canonum condigna puniantur animadversione. Ulterius ad varias Doctorum, qui ejusdem BENEDICTI Praedecessoris mentem, quoad personas in dicta ejus Constitutione comprehenfas, interpretari, & explicare voluerant, sententias, & opiniones dirimendas declaramus, homicidii reos natu minores viginti quinque, maiores vero viginti annis tam Laicos, quam Clericos, atque omnes, & singulos five Laicos, five Clericos, qui Mandatum, Concilium, Instigationem, auxilium cooperativum, aut aliam operam occisori præbuerint, ex quorum singulis pravis actibus homicidium evenerit, in dictam BENEDICTI Praedecessoris Constitutionem comprehensos esse, ac deinde censeri deberè, ac eam, quatenus opus sit, adipos pariter extendimus: Ita scilicet, ut illorum extractio è leco immuni, atque traditio Curie Seculari, quo ad Laicos, ad ejusdem Curie Secularis requisitionem, fiat à Curia Ecclesiastica, & Clerici ab ipsa Curia Ecclesiastica

frasticā ex officio omnino extrahantur juxta Nermam infra dicendam. Item declaramus omnes, & singulos predictos, tam Laicos, quam Ecclesiasticos, qui in Urbe & Ditione predictis, ex causa, & occasione homicidii, etiam in rixa commissi cum armis, seu instrumentis suapte natura aptis, ad occidendum inquisiti, & processati, vel in contumaciam banniti, & condemnati fuerint, dummodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem Immunitatis Ecclesiasticae predicta beneficio minimē etiam gaudere; Utque reorum ratione homicidii, ut prefertur, excepti inquisitorum, seu bannitorum, & in contumaciam condemnatorum extractio ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus, atque traditio suo quique Judici competenti, legitimi modo, & forma à Curia Ecclesiastica fiat, volumus, & ordinamus, ut, quotiescumque Judici Ecclesiastico competenti innovererit aliquem Laicum seu Ecclesiasticum ex causa homicidii excepti inquisitum, atque processatum, ad Ecclesiam, seu locum immunem confugisse, ibique monram trahere, tac eā super delicti qualitate, ac personae reitate subministrata, vel acquisita suppetant indicia, quæ ad capturam decernendam sufficere videantur; tunc idem Judex Ecclesiasticus ex officio, & nomine etiam requirente, si delinquens sit Clericus, si vero Laicus, postquam à Curia Seculari requisitus fuerit, ad ipsius delinquentis extractionem ab Ecclesia, seu loco immuni, implorato etiam ad hoc, quatenus opus sit, auxilio brachii Secu-

laris, & cum interveniu personæ Ecclesiasticae ab Episcopo depuranda devenire teneatur, extractumque ad suos, si tui, & securi fuerint, si minus ad Curia Secularis carceres asportari, ibique sub tua Custodiâ detineri curet, & faciat, ubi vero ex processu informativo desuper confiando, quo ad Inquisitum nondum condemnarum dictus Judex Ecclesiasticus ex acquisis, seu subministratis Indiciis ad torturam tantum sufficientibus ab extracto homicidium à pia BENEDICTI Prædecessoris, & hac nostra Constitutionibus excepta patratus fuisse cognoverit, ad declarationem, quod scilicet de Casu ita excepto constet, progrederiatur, extractumque, si Laicus sit, Ministris & Officialibus Curie Secularis, si autem Clericus, ejus competenti Judici Ecclesiastico tradere, & consignare possit, & debet, exactis tamen, recipisque in actu traditionis, & consignationis hujusmodi à Judice quidem Seculari Juramento, & ab Ecclesiastico, promissione in verbo veritatis de restituendo Extractum Ecclesie, loco immuni sub poena Excommunicationis latè sententie Nobis, & eidem Romano Pontifici pro tempore existenti reservata, quatenus Extractus in ejus defensionibus, quæ ad tramites Juris, & Ordinationum Apostolicarum ei competunt, prefata elidat, & diluat Indicia, & si illa minimē eliserit, seu diluerit, & delinquens repertus fuerit, Judici suo, scilicet Ecclesiastico in Clericum, Seculari in Laicum, ut Juris esse censerit, animadvertere licet. Quoties autem de iam ban-

nito, aut in Contumaciam damnato, ex causâ homicidii superius excepti, sive Laico, sive Ecclesiastico agatur, quilibet Judex Ecclesiasticus, ut præferatur competens, ad illius Laici nimurum, instantे Curiâ Seculari, & Clerici ex Officio, extractionem ab Ecclesiâ, locove immuni cum interveniu quoque Personæ Ecclesiastice ab Episcopo depurandæ, ac traditionem suo respectivè Judicii, sicut mox dispostum est, faciendam procedat, solamque sententia contumacialis & actorum, quibus illa fundatur, Exhibitionem ad hoc sufficere decernimus, ut dictus Judex Ecclesiasticus ex illorum Inspectione dumtaxat agnito, num istiusmodi sententia contumacialis legitimè justèque prolatâ sit, ad formam Constitutionum Apostolicarum pronunciare, & declarare queat, & debeat, an Bannitus & in contumaciam damnatus consignandus veniat nec ne; exactis pariter, & receptis à Judice Seculari jumento, si delinquens sit Laicus, ab Ecclesiastico verò, si fuerit Clericus, promissione ipsum ut supra restituendi Ecclesiæ, locove immuni sub amnistia penâ excommunicationis, si extraclus in suis similius defensionibus ei ad præscriptum præfatarum Constitutionum Apostolicarum competentibus nullitatem, & iniustitiam contumacialis Sententia prædicta offendit, & sceleris indicia diluerit, quod si id præstare nequiverit, & ex eisdem sententiis, & actis ritè, & restè gestis reus repertus fuerit, Judex ejus comperens sententiam exequi, & quando aliquem in penâ irrogatâ excessum depræ-

hen-

benderit, etiam moderari valeat, ita quod quæcumque declaratio à prædicto Judice Ecclesiastico factæ in Judicio Ecclesiastice Immunitatis super consignatione banniti, & in contumaciam damnati, ejusque denegatione nullatenus defervire, & à nemine alligari possit in alio diverso, & separato Judicio, in quo scilicet de prædicta sententia contumacialis executione postmodum disputari contingeret ad quem effectum dicta declaratio Judicis Ecclesiastici perinde habeatur, scilicet si non emanasset, nec ullus exinde serupulus animo Judicis competentis in cognoscenda, & definienda validitate seu nullitate, iustitia, sive iniustitia ejusdem sententia contumacialis ingeratur. Quoniam autem Venerabilis Frater WILHELMUS ANTONIUS Episcopus Paderbornensis Nobis nuper humilliter supplicari fecit, ut dispositionem prædictæ Constitutionis CLEMENTIS Prædecessoris pñ superius expressam, & insertam, ad Civitates, Terras, Oppida & Loca totius Dioecesis, & Principatus Paderbornensis extendere & ampliare de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur ipsum WILHELMUM ANTONIUM specialibus favoribus & Gratiis prefequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis & Interdiï, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & penis, à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis; si quibus quomodo libet innodus existit, ad Effectum præsentium tamen consequendarum harum serie absolventes, & absolutum fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,

& tam exitiale homicidiorum flagitium, quantum cum Domino possumus, propulsandum, exterminandumque advigilantes, prefatam Constitutionem pro Universa, sicut premititur Sanctæ Romanae Ecclesiæ prædictæ Ditione, à memorato CLEMENTE Prædecessore factam, quo ad præserta in his præsentibus litteris, respectivè ad Civitates, Terras, Oppida, & Loca totius Dioceſis & Principatus Paderbornensis, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium extendimus & ampliamus, atque deinceps cum omnibus declarationibus, definitionibus, provisionibus, Constitutionibus, & Decrētis contentis in aliis fel. recordationis BENEDICTI PP. XIV. Prædecessoris itidem Noſtri, sub Plumbo, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIX, Idibus Martii expeditis Litteris incipiente Officii Noſtri, quarum tenorem hic de Verbo ad Verbum pro expresso, & inserto haberi volumus, omnino observari præcipimus, & mandamus. Volumus autem, veluti alias idem CLEMENS Prædecessor pariter voluit, & decrevit, ut, sicut in Noſtri Ditione Ecclesiastica tum extractus in suis defensionibus, quæ ad tramites Juris, & Apostolicarum Constitutionum ei competunt, elidat, & diluat Indicia, tum ſola Sententia contumacialis, & actorum, quibus illa fundatur, exhibito ad hoc ſufficiat, ut Jūdex Ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnitus, num Sententia contumacialis legitime Iufisque prolatæ fit ad formam Constitutionum Apostolicarum, pronunciare, & declarare queat,

&

& debeat, an bannitus, & in contumaciam damnatus confignandus veniat, nec ne? tum denique, si extractus in suis defensionibus, & ad præscriptum prædictarum Constitutionum Apostolicarum competentibus nullitatem, & injustitiam contumacialis Sententie prædictæ ostenderit, & sceleris indicia diluerit, ita pariter in Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis Dioceſis, & Principatus prædictorum, hæc omnia præmissa ad Dispositionem Juris, & Statuta localia Dioceſis, & Principatus hujusmodi, intelligi debeat. Ac insuper volumus, ut donec, & quo usque, ſive per Nos ipſos, ſive per Romanos Pontifices pro tempore existentes declaratio hujusmodi facta non fuerit, Il tantummodo familiares, & Officiales excepti intelligentur, & habeantur, quos de Jure, & juxta conſuetudinem Loci cuiuslibet, uisque ad hanc diem pro familiaribus, & Officialibus habitos, & Deputatos esse, & haberi, & depurari ſolitum eſt. Decernentes easdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuo firma, valida & efficacia exiſtere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fertiri, & obtinere, atque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, plenissimè obſervari. Sicqui in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palati Apostoliſci Auditores, ac ipsius Sanctæ Romanae Eccleſiae Cardinales, etiam de latere Legatos, eorumdemque Cardinalium Congregationes, aliosve quoslibet quacumque

Opus

pre-

præminentia, & potestate fungentes, & functores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate judicari & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari. Non obstantibus præmissis, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum Dicecesis, & Principatus hujusmodi etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roberatis Statutis, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac quorumcumque Prædecessorum nostrorum Litteris, Privilegiis, Indulsiis, & Facultatibus, quibusvis, etiam dictis Cardinalibus, eorumque Congregationibus sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, & potestatis plenitudine etiam consistorialiter, vel alias in contrarium præmissorum quomodo libet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac

de

de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & inseruis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specia-lier, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut lapidis quindecim diebus, postquam præsentes Litteræ per Civitates Terras, Oppida, & Loca Dicecesis, & Principatus prædictorum publicate fuerint, omnes & singulos in Dice-cesi & Principatu prædictis existentes perinde arcent, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatis intimatis fuissent: Utque earumdem præsentium litterarum transumpsis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in dignitate Ecclesiasticâ Constitute munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibetur, que adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibiti vel ostensi. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris Die XII. Augusti MDCCLXVI. Pontificatus Nostri Anno Nono.

(L.S.) Vt CARD. ANTONELLUS.

Spe-

Speciam hanc gratiam, qād S. PONTIFEX Nos & Diœcesis Nostram prosequi dignatus est, venerabundi non solum agnoscimus, sed etiam cum hac salutari Constitutione Justitiae adjutrice, & sceleratis inimicā, Quieti & tranquillitatē publicē magis consultum sit, in vim legis Diœcesanę fancimus, ut in omnibus casibus de Jure Asyli, & Immunitatē Ecclesiasticā locali, obvenientibus à quibusconque Diœcesis Nostræ Judicibus Ecclesiasticis, & Sacularibus juxta Constitutionem tam in p̄fato clementissimo Brevi, quam in Bulla BENEDICTI XIV. expressam, quam juxta Exemplar Romanum hisce annelli fecimus, procedatur, pronuncietur, & sententio[n]etur. Ut autem hoc Mandatum Nostrum ad omnium, & singulorum notitiam pervenire valeat, illud publicis Typis imprimi, & more consueto publicari jussimus. In quorum fidem h[oc]e manu propriā subscriptas, Sigillōque Nostro munitas dedimus in Residentiā Nostrā Neuhuana 8vā Novembris 1766.

WILHELMUS ANTONIUS mppriā.

(L.S.)

SE-

SEQUITUR TENOR BULLÆ

BENEDICTI XIV.

de quā in p̄cedente Brevi s̄t mentio.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

OFFICII Nostri ratio non eam modò sollicititudinem Nobis imponat, ut Sacrorum Canonum Leges, & Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones, in quarum interpretatione nihil dubium, aut perplexum occurrit, exactissimè servari, & impleri curemus; sed id etiam à Nobis exposcit, ut exorientem circa aliquas ex illis dubiorum segerem, quæ earum debita executioni multis modis officere dignoscitur, oportuniis editis declarationibus, aut definitionibus, amputare ac removere studeamus.

Sanè fel. recor. Prædecessor Noster GREGORIUS Papa XIV., Romani providam juris Canonici sanctionem p̄e oculis habens, qua sciens hominem, sub Tit. De homicidio voluntario vel casuali cap. I. innovatum cidi p̄odijuit verus præceptum Legis a Deo in Exodo latet — Si quis per meditati-

Dritter Theil.

3 p

ii-

atque etiam industria occiderit proximum suum, & per infidias, ab Altari meo
in rixa vo- evelles eum, ut moriarur; per suam Anno Incarnationis Domi-
nitarid, ab nice MDXCL nono Kalendas Junii editam Constitutionem, quæ
Immunita- incipit Cum aliis, iis, qui proditorè proximum suum occi-
tis beneficio
excluse-
runt.
dissent, ad Ecclesiastas, Locaque-Sacra, & Religiosa confugientibus;

Ecclesiasticam Immunitatem minimè suffragari decrevit. Tum
verò piz memorix Prædecessor quoque Noster, ac Dignitatis No-
stræ amplificator BENEDICTUS Papa XIII. Anno Incarnationis Do-
minice MDCCXXV. sexto Idus Junii, edita Constitutione, quæ
incipit Ex quo Divina; non eos tantum, qui proditorè, ut pra-
ferrur, homicidium patrassent, verùm etiam interficienes prox-
imum suum animo præmeditato ac deliberato, ab Ecclesiastica Im-
munitatis beneficio exclusit, & repulit. Demùm san. mem. prox-
imus Prædecessor Noster CLEMENS Papa XII. in sua Constitutione,
quæ incipit In supremo Iustitiae Soko Anno Incarnationis
Dominice MDCCXXXIV. Kalendis Januarii edita, eos ejam, qui
homicidium in rixa commisissent, dummodo homicidium non
fuisset casuale, vel ad propriam defensionem Immunitatis prædictæ
beneficio minimè gaudere voluit, atque decrevit.

*Alia quo- que delicta
eodem be- & CLEMENS: ad ea, quæ in jure Canonico, & in Gregorianæ
neficio non Constitutione recensabantur, nonnulla alia delicta addiderunt, quæ,
gaudere si qui commisissent, eos à prædicto beneficio asyli, & confugii apud
decreve-*

Ec-

Ecclesiastas, ac Loca Sacra & Religiosa, exclusos fore statuerunt; runt, &
varisque à Doctoribus, ac dicti Juris & Constitutionum Apostoli plures de
claratione licarum Interpretibus, de Immunitate locali agentibus, excitatas ediderunt
questiones & controversias, declarando ac definiendo sustulerunt;
ut ex eorundem Constitutionum tenore colligere licet, atque etiam
ex una è nostris Institutionibus, quam olim dum Archiepiscopalem
Bononiensem Ecclesiam præsentes moderabamur, pro illius Po-
puli curæ Nostræ concreditu instructione, edimus, quæque im-
pressa extat Tomo II. Editionis Italicae num. XXI. in Latina verò
Editione num. XLII.

Ad hoc autem ut Curia aliqua Ecclesiastica, in casu aliquujus Reors a loco
ex delictis exceptis hujusmodi, ad extractionem Delinquentis è immunitate
loco immuni procedere, cumque ad suos Carceres transferre trahi per
posset, quum præfatus BENEDICTUS Prædecessor satis esse volu- ex indiciis
isset, ut super delicti excepti qualitate, ac persone reitate, ea ram, & Cu
sppeterent indicia, quæ ad capturam decernendam sufficientia re- rix secula
putari solent; ut verò extractum hujusmodi Ministris, & Officia- ris Officiali
libus Curie Secularis tradere & consignare valeret, ea decrevisset indiciis ad
indicia ex processu informativo adversus extractum ipsum confecto sufficienti-
resultare debere, quæ, juxta regulas Juris, vocantur ultra tor- bus.
turam; alter deinde Prædecessor CLEMENS XII., ampliando decla-
ratavit, ut quoties Ecclesiastico Judici, ex indiciis, non quidem
ultra torturam, sed ad torturam tantum sufficientibus, de delicto

Extractionem excepto per extractum commisso constaret; posset idem extractum *tamen* *hujusmodi* Curie seculari tradere & consignare. Ceterum iudicem Ecclesiastici Predecessores nec auctoritatem Ecclesiasticam ullo pacto per praecisa semper missa imminui, nec inde ullam Justitiae lèdendæ occasionem caprunt; *Tra-* taxi posse voluerunt. Siquidem extractiones Delinquentium huiusmodi è loco immuni nunquam sine auctoritate Episcopi, & in- *verò sub* conditione terventu Personæ Ecclesiastica ab ipso Episcopo deputande, fieri *bus Justi-* posse statuerunt; nec unquam extractos ipsos, prædictis etiam *vandæido-* concurrentibus indiciis, Curiæ Sæcularis Officialibus tradi & con- *fessi.*

signari, nisi ea lege, sub gravissimarum censurarum penitè ferva- *n*da, ut Ecclesiæ, seu Loco immuni restituarentur, quatenus in progressu Causæ iudicem extractioni indicia hujusmodi purgarent, atque diluerent.

Leges pro S.R.E.D. Cum autem ea, quæ per CLEMENTEM Predecessorem prædictum, Juris communis, & Gregorianæ, ac Benedicitione Commissi *hac* ministrorum *ad non nullum* Apostolicæ Sedis minimè extenderentur; visum est Nobis, *scilicet* Dicitur eadem ad alias quoque Regiones, quarum Supremi Principes id postulassent, opportunè ampliari posse. Itaque in Concordatis, *et* fuerunt, que Anno MDCCXLII. cum Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo uniusque Sicilie Rege Illustri, tum que Anno sequenti MDCCXLII. cum alio pariter Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Emanuele quoque Sardinie Rege sancta fuerunt;

pra-

præmissas, aliasque in CLEMENTIS Litteris præfatis contentas di- *positiones*, in eorundem Regum Dominiis locum habere concessimus; mox etiam ad alia Principum id expertentium dominia, peculiariis respectu editis Litteris, quarum exemplum videre est in Tomo I. Bullarii Nostræ Constitut. LXXXVIII., quæ incipit *Aliis felicis* *extendimus*, & ampliavimus.

Verum, quum tot ista per Predecessores Nostros prædictos, Plura ta- *re* *z* per Nos ipsos adhibita studia, non omnes quæstiones, quæ in *men dubia* Tribunalibus excitari solent, tam super qualitatibus homicidio-claranda rum, quæ pro exceptis haberi debeant, quam super modo exerceatur, quendi præfatas Constitutiones in variis homicidiorum hujusmodi, allorunque exceptorum delictorum casibus, de medio tollere, seu penitus anteverttere valuerint; id adhuc oneris Nobis relictum esse judicamus, ut constitutas in hoc rerum genere agendi regulas, ad quas sepiissimè tam Ecclesiasticorum, quam secularium Judicium acta expendere & exigere necesse est, nequaquam ultra difficultibus & dubiis involutas remanere pateremur. Itaque, omnibus maturè pensatis, auditisque nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aliorumque gravium Virorum, Juriisque Canonici peritorum, & in crimina- libus judicii versatorum consiliis, Motu proprio, ac de Apostoli- cæ, qua fungimur, auctoritatis plenitudine, nostram & Pre- decessorum Nostrorum mentem, in hunc, qui sequitur, modum-

declarare, & quadam etiam ex integro, ut infra, statuere decrevimus.

*I. circa
personas
in dictis
Constituti
onibus com-
prehenfas.*

Ac primum quidem, cum in memorata GREGORII Prædecessoris Constitutione, quæ incipit Cum alias, dum ea delicta enumerantur, quæ ab Ecclesiastice immunitatis beneficio exclusa censeri debent, de Laicis delinquentibus dumtaxat mentione habeatur; deque his etiam tantummodo loquuntur fuerit alter Prædecessor BENEDICTUS in supracitata Constitutione quæ incipit Ex quo Divina; placuit laudato Prædecessori CLEMENTI XII. hujusmodi Constitutiones per suam, quæ incipit In su-
premo Iustitiae folio, ad Ecclesiasticos etiam cujuscumque gradus & ordinis, homicidium animo præmeditato ac deliberato patrantes, extendere, & ampliare; ita ut nec ipsi, in hujusmodi casu, Ecclesiastica Immunitate juvari possint; dummodo tamen commissi per eos homicidii Causa ab eorum judge Ecclesiastico competente cognoscatur, ipsisque ab eo, si rei reperti fuerint, circa poenam sanguinis, ad prescriptum Sacrorum Canonum con-

*Compre-
benfi decla-
rantur Re-
gulares.*

digna puniantur animadversione. Cum autem dubitatum fuerit, an sub hac CLEMENTIS Prædecessoris ampliatione & extensione Regularium quoque Ordinum Professores, & Alumni comprehendantur; Nos ad omnem super hoc dubitationem tollendam, decernimus & declaramus, omnes & singulos cujuscumque Ordinis, Congregationis, Militie & Instituti Regulares, tam in ipsis

ex

expresè professos, quam illis quomodolibet adscriptos, enjuscumque gradus & conditionis extiterint; etiamque ex iporum Ordinum Privilegio, seu alijs, qualibet expressa & individua mentio de ipsis, eorumque Ordinibus, ad hoc ut sub presentis, aut premissarum Constitutionum censura comprehendantur, habenda foret; si qui unquam quod Deus avertat, homicidium animo præmeditato ac deliberato pataverint, à beneficio Immunitatis Ecclesiastica, juxta formam earumdem Constitutionum BENEDICTI & CLEMENTIS, exclusos fore, & censeri.

Et quoniam predictus CLEMENS Prædecessor speciali *De Item Mys-
creto* edito die v. Octobris anni MDCCXXXVI. expresè de-
claravit, Mulieres etiam, quæ aliquod delictum ejusmodi com-
misissent, quod inter excepta, & ab Immunitatis localis bene-
ficio exclusa, juxta premissa, haberi debeat, pari jure hac in
re cum Viris censeri, & sub dispositione ipsius Litterarum inci-
piens: *In supremo Iustitiae folio*; æquæ in omnibus comprehendi
debere: Nos hujus nostræ Constitutionis tenore declarationem
predictam approbamus & confirmamus, eique inviolabilis legis,
juxta quam in occurrentibus casibus judicari omnino debeat,
plenarium robur adjicimus: Decernentes similiter, ac declaran-
Et Milites.
tes, sub ejusdem CLEMENTIS, nostræque hujus Constitutionis
dispositione, etiam Milites in omnibus & per omnia compre-
hensos esse; nec ullum militare privilegium, hac in parte, ipsis
suffragari posse, sur debere.

Præ-

II. Circa Præterea quum in præfata CLEMENTIS Prædecessoris Constantiæ homicidem bâculo aut faxo aut commissum. tatione ab Immunitatis prædictæ beneficio excludantur omnes & singuli tam laici, quam Ecclesiastici inquisui, & procellati, vel in contumaciam banniti & condemnati, ex causa. *Si occidens homicidii, etiam in rixa commissi cum armis, seu instrumentis suæ naturæ aptis ac occidendum, dummodi homicidium non fuerit casuale vel ad propriam defensionem; scèpè disputari contigit, an is, qui non casu, vel ex proprio defensionis necessitate homicidium in rixa commiserit, baculo, aut falso; quæ scilicet vel armæ non sunt, vel si ita appellari possent, non tamen arma suæ naturæ ad occidendum apta reputari solent; ab Immunitatis loco de calis beneficio, exclusus haberi debeat.* Nos igitur super hujusmodi dubio, definiendo decernimus, quemcumque Homicidam beneficio Immunitatis Virum, sive Mulierem, sive Laicum, sive Ecclesiasticum tis exceptam, aut cuiusvis Ordinis Regularem, qui etiam baculo, modo vero aut falso proximum suum occiderit, Ecclesiastici confugii benevolentiaris, ficio minimè gaudere, ubi ex delicti circumstantijs dignoscatur, etiam in illius astum, quamvis in rixa commissum, non casu, aut ex necessaria defensione, sed ex odio, & necandi animo ac voluntate produisse. Quæ quidem definitio nostra conformis est Divinæ Legi, quæ habetur in Libro Numerorum cap. xxxv., ubi, designatis Civitatibus refugii pro iis, qui sanguinem proximi nolementes effudissent, ita subjungitur *Si quis ferro percusserit,*

¶

Si mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidii, & ipse morietur. Si lapidem fecerit, & ictus occubuerit, similiter panietur; Si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi Homicidam interficiet; statim ut apprehenderit eum, interficiet. Si per odium quis hominem impulerit, vel jeerit quippiam in eum per insidias, aut cum esset inimicus, manus percussorit, & ille mortuus fuerit percussor homicidii reus erit; cognatus occisi, statim ut invenerit eum, jugulabit: quod si fortuita, & absque odio & inimicitia, quidquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit, comprobatum, arque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilato, liberabitur innocens de ultioris manu, & reducetur per sententiam in Urbem, ad quam configuratur, manebitque ibi, donec Sacerdos Magnus, qui Oleo sancto unctus est, moriatur.

Accidit autem in homicidiis, id quod in aliis delictis exceptis locum non habet, ut qui percussus, aut ictus fuerit, non statim moriatur, sed plerumque per aliquot horas aut dies vulnera spiritum trahat. Interim percussor ad Ecclesiam, aliumve locum runt ad mortem. immunem configuiens, asyli jure gaudet, quo privari non potest, ut homicida, quādiū percussus ab eo in vivis agit; dumque ex ipso loco immuni de faucib[us] vita follicitè explorare non desinit, si eum diuinus victurum intelligit, à capo asylo nequaquam discedit; ubi verò illum ex acceptio vulnere vitam amittere ag-

noscit, arrepta fuga, Magistrorum diligentiam prævertens, tempestivè sibi consulit, meritasque poenas evadir. Quod quum ab iis, qui justitie administrandæ præpositi sunt, Nobis expositum fuerit per seprè evenire, & quidem non sine magna publicæ tranquillitatis pernicie, ob impunitatis spem, quam facinorosi homines ex hujusmodi evasionis fiducia concipiunt; idemque postularint, hujusmodi malum opportunis providentia nostræ remediis submoveri.

Hi etiam è Ideò Nos, de prædictorum Fratrum nostrorum, aliorumque loco immu- prudentialium consilio, per præsentes decernimus, ac mandamus, nti extracti ut percussore ad Ecclesiam, aliumve Sacrum; aut religiosum i- jubentur, resituandi cum configiente, si Chirurgi ad inspicendum vulnus accisi, tamen, si grave vitæ periculum adesse retulerint, percussor ipse è loco im- sequatur muni servatis servandis extractus, carceribus mancipetur; hac intra tem tamen lege, ut Ecclesiæ omnino restituatur; ubi is, qui vulne- pus à Lege ratus fuerit, ultra tempus à legibus constitutum superstes vivat, & quidem sub iisdem poenis, quibus in memoratis BENEDICTI, & CLEMENTIS Litteris ii subjiciuntur, qui delinquentem ex in- dicis ad torturam sufficientibus sibi traditum restituere recusent, postquam is in suis defensionibus hujusmodi indicia difuerit.

Quod verò in citata GREGORII Prædecessoris Constitutione, Episcopo- rum priva- circa facultatem demandandi extractionem delinquentium è loco im-

immuni in casibus exceptis, statutum fuit; ut scilicet ea ad solos tivianjur Episcopos, aliasque Episcopis superiores Praelatos perineat, non præmissis afferitur. verò ad alios Episcopis inferiores, etiam si alii Ordinarii sint, aut Nullius Diœcesis; ita ut, occurrente casu in loco exempto, & Nullius Diœcesis, tunc negotium hujusmodi ad vicinorem Epis- copum devolatur; id quod ab alio quoque Prædecessore BENE- dicto in superiori allegata ipsius Constitutione confirmatum fuit* id ipsum Nos quidem præsentium Litterarum tenore approbamus, & confirmamus. Sed quoniam nonnulla ad Nos querele super hoc delata fuerunt, quod quedam Curia Ecclesiastice pro parte Officialium Curia Sæcularis requisita, extractionem delinquentium in casibus exceptis hujusmodi dignissima quam par est, protrahere corundem consueverunt; Nos ipsis Venerabilibus Fratribus Episcopis, aliis diligenter excitatur que Superioribus Ecclesiarum Praefulibus, enixè studiosoque sua- demus, & respectivè mandamus, ut omnem querelatum occasionem tam Confi- in hoc rerum genere studeant amovere, & quoties de delinquen- tibus in casibus exceptis hujusmodi agatur, ad opportuna indica- tionem adversus eos colligenda animum intendere non recusent; sive ea, que juxta præmissa requiruntur, revera suppetere agnoscent, eo- rundem delinquentium extractionem è loco immuni, quam pri- mū decernant, ut vel in Episcopalibus Carceribus nomine Eccle- siæ detineantur, vel etiam ad Curia Laicalis Carceres ejusdem Ecclesiæ nomine retinendi, cum debitis cautelis transferanur. Nec

Nec enim Ecclesiastici zeli officium in eo statuendum est, ut justitiae cursus per Apostolicas Constitutiones prescriptus aduersus facinorosos homines impediaur; verum in Ecclesie immunitate, aliisque omnibus Ecclesiasticorum locorum, & personarum iuribus afferendis, & sustinendis, quum ea, contra Sacrarum legum præscriptum, infringi, ac violari contingat. Quum tamen hujusmodi moras nunc maximè intervenire possemus, quum præfaa delicta excepta non in Civitatibus, sed per Dioceces, in Iacis compilationem per Dioceces, etiis Ecclesiasticis personis committere valeant.

Eisdem permittitur, ut in dictionibus, etiis Ecclesiasticis personis committere valeant.

Nos per easdem præfentes prædictis Episcopis, aliisque superioribus Prælatis facultatem concedimus & impertimur, ut, quoties in hujusmodi casibus pro parte Curia Laicalis requisiti fuerint, Vicariis suis Foraneis, sive etiam aliis personis Ecclesiasticis ad id per ipsos Antistites, deputandis, committere possint, ut indicia ad extractionem necessaria juridicè colligant; ut his nimirum inspectis, sidem Antistites, prout juris erit, ad delinquentium hujusmodi extractionem quantociùs decernendam procedere valeant.

Hactenus decretaliter in omnibus locis, ad quæ & in Bononien., Ferrarien., Beneventana, aliisque omnibus Civitatibus, Terris, & Locis, Nobis, & Sancte Romanæ Ecclesiæ XLI. Constitutione ex-meditatè, vel immeditatè subjectis, etiam specialem, & individuens fuit.

du-

duam mentionem requirentibus, eorumque Curiis Ecclesiasticis, & Secularibus, etiam Baronalibus, quam etiam in aliis Regnis, Provinciis, atque Ditionibus, ad quas dictæ Prædecessorum nostrorum Constitutiones, sive peculiaribus concessionibus, ut supra, sive per viam concordati, extense, & ampliatae fuerunt, quatenus nimirum congruere dignescantur cum eisdem concordatis, quibus nulla in re derogare intendimus, locum perpetuè habere, siveisque debitos effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis Ditionum, Regnorum, Locorumque hujusmodi tam Ecclesiasticarum, quam Secularium Curiarum Judicibus, Magistratibus, Officialibus, & Ministris, aliisque omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, per omnia observari voluntus, atque decernimus.

Illud etiam, quod in præallegatis nostrorum Prædecessorum Confirmatur pace Constitutionibus, sub gravissimarum ponarum interminatione, statutæ ad districtè vetitum fuit, ne scilicet Curia Seculares, eorumque versus violatores Magistratus, Judices, & Officiales quicunque ab Ecclesiis, Monasteriis eritis, locisque Sacris, aliquem delinquentem, etiam in casibus exceptis, sine Ecclesiastice auctoritatis interventu, capere, extrahere, aut incarcerare; neve ad declarandum, criminis à prædictis admissa esse de exceptis in eorumdem Prædecessorum Constitutionibus (quum id ad solos, ut prefertur, Episcopos pertinere

dignoscatur) quoque modo procedere audeant seu presumant; Nos quoque isdem motu, auctoritate, ac tenore confirmamus, & innervamus; atque ab omnibus, ad quos pertinet, sed pertinet in posterum, inviolabiliter etiam perpetuè observari præcipimus, contras facientes quoque, & transgressores, easdem omnes penas, quæ in preallegatis Constitutionibus indicatae sunt, omni-

Eorum numeri habendo effe de-
transgressorum hujusmodi eos etiam esse & censeri, qui in spredernuntur eos tamen Ecclesiastice auctoritatis, & Canonistarum Sanctionum, præetiam, qui scripto, ad Superiores Ecclesiasticos recursu posthabito, Ecclesiastas, loca immunitatis & Loca immunitia obsidere presumunt, ac impediendo ne ad illos, do, atque artibus con- qui sacro confugio se ruerunt, alimenta deferantur sive aliter, fugientes in eosdem in Curia Secularis potestatem se dedere cogunt; Nos sumus potestem venire compellentes enim eos, qui talia ausi fuerint, sive confugientes hujusmodi de exceptis delictis, sive de aliis non exceptis inquisiti sint, omnes & singulas penas atque censuras adversus Ecclesiasticas immunitatis violatores, in jure, ac in predictis Constitutionibus Apostolicis latae atque statutas, incurrire decernimus ac declaramus.

Hujusmodi artes atque violentias aliis etiam retrorsum plurimis temporibus intentari consuevisse non ignoramus; Sed simul etiam es Canonicis ab Ecclesia damnates semper atque proscriptas fuisse comiperimus; Cenfuriæ ab Ecclesia damnatae idque fatis demonstrant ea, quæ in pluribus Provincialibus Conciliis, labentibus Decimo tertio, ac Decimo quarto Ecclesia Seculis,

sta-

statuta leguntur; (a) ibi enim, expositis Ecclesiarum circumfessionibus, interceptione alimentorum, aliisque artibus, quibus iis, qui ad Ecclesiastas confugerant, ad deditio[n]em adigebantur, quicumque similia attentare præsumperint, anathematis mucrone feriuntur. Et Nos igitur, qui Ecclesiæ spiritum circa præmissæ rationes apertè declaratum, atque à Prædecessoribus nostris constanter servatum, exire neque possumus, neque volumus, eidem per omnia inhærentes, decernimus, & declaramus, omnes, & singulos, qui sub Ecclesiastica immunitatis tutela degentibus, hujusmodi ratione vim inserrere ausi fuerint, præter alias penas atque censuras adversus ejusdem Immunitatis violatores, ut præfertur, latae atque sanctitas, sine alia declaratione incurriendas, omni beneficio ac privilegio Ecclesiastici confugii & Asyli tam apud

Ec-

(a) *Concilium Provinciale Lambethense hab. Anno 1262 tom. II. part. I. Labbeane Collectionis Conciliorum col. 810. Concil. Exoniense Anni 1287. tomo 11. part. 2. dicta Collectionis col. 1281. tit. 15. Concil. Provinciale Nugaroliense Anni 1303. dicto tom. II. parte 2. ejusdem Collectionis col. 1479. can. 6. Concil. Pa- lentinum Anni 1322. dicto Tom. II. part. 2. præfatae Collectionis col. 1697. cap. 7. Concilium Vallisoletanum Anni 1322. Tom. 3. Collectionis Conciliorum Hispaniarum Cardinalis de Aguirre pag. 564. tit. 18. num. 51. Concilia Marianenæ, & Sylvanætense Anni 1326. supracitato Tom. II. part. 2. d. Col- lectionis Labbeane col. 1751. tit. 5 col. 1770. cap. 5. Con- cilium Vlaurense Anni 1368. codem tom. II. part. 2. dicta Col- lect. col. 2012. tit. 93.*

Ecclesiæ, & loca immunia ab ipsis sic violata, quam apud alias quascumque Ecclesiæ, & Loca Sacra, & Religioſa, indignos, atque privatos fore, & habendos esse, non fecus ac alii omnes, qui confugientibus vim inferunt, aut ipsos ab Ecclesia, aliote loco immuni, violenter extrahunt, & abducunt; quos scilicet laudatus Prædecessor BENEDICTUS XIII. in sua allegata Constitutione, non illius tantum Ecclesiæ, quam violarint, sed cujuscumque etiam alterius Ecclesiæ immunitate gaudere nequaquam posse aut debere declaravit; & quorum Nos numero supradictos etiam jure & merito accensendos esse decernimus.

De his, qui delictum exceptum in Denique quum, sicut accepimus, inter temporalis Dominii una ditione Nostri, ac nonnullarum finitimarum Dictionum Curias, reciproca patrarunt, quædam consuetudo inoleverit, ut qui certi generis delicta in *C ad locum* alterius se receperint, instante Cœlia illius Dictionis, in qua de *in altera, ex* vigore pœnum commissum fuit, capiantur, eidemque Curiae tradantur; mutuo cumque, sicut etiam Nobis expositum fuit, hujusmodi traditionis *tradere* in locis aliquando moram afferi contingat, propterea quod delinquentes hujusmodi, in Terris, ad quas confugerunt, sub Ecclesiæ jurisdictionem sit alicujus, vel alterius loci immunis tutela se receperint: Idcirco habent.

Nos, Ecclesiastice Immunitatis rationes cum recta Justitiae administratione & Reipublicæ tranquillitate, opportunè copulare vo-

Ien.

lentes, decernimus, & mandamus, ut, si hujusmodi confugiatio hos cœnentes delictum aliquod ex iis, quæ in Apostolicis Constitutio- muletur ab Episcopis nibus præfatis excepta sunt, in temporali Romanæ Ecclesiæ do- po, ad minio patraverint, Indicia ad capturam requisita, ab Episcopo quem spe- Dioecesano, seu respectivè viciniori illius loci, in quo delictum one loci de- commissionum fuit, excipiatur, seu cumulentur; eaque ad Episco- liti, & transmittum alterius loci, in quo delinqiens Asylum cepit, sine mora tentur alteri, ad transmittantur; ut hinc nimidum, quatenus traditioni præfata lo- quem perfit- cus esse debeat, extractionem delinquentis è loco immuni, auto- net extractionem de- cernere. Eademque ratione, si in præfatis aliorum Principum Dictionibus, in quibus traditionis prædictæ consuetudo viget, ejusmodi de- dictum commissum fuerit, quod, sive in vim GREGORIANÆ aut BENEDICTINÆ Constitutionis, sive ratione Concordati cum Apo- stolica Sede initi, sive extensionis alterius Constitutionis CLE- MENTIS-XII. ab eadem Apostolica Sede specialiter impetrata, pro excepto haberi debeat; volumus, & statuimus, ut Episcopus ille, ad quem, ratione loci delicti commissi, id pertinere dignoscitur, memorata indicia ad capturam requisita cumulari faciat, eaque transmittat ad Episcopum Dictionis Ecclesiastice, intra cuius Jurisdictionis fines illius delicti reus Asylum delegit; ut hujus scilicet Antifiticii auctoritate, aliquique servatis servandis, à confugii loco extrahi, ac, si ita res feret, externæ postulant Curiae valeat.

Dritter Theil.

R t

con-

consignari. Volumus tamen, in quolibet ex præmissis casibus, *In extractis* in quibus de delictis, ut supra, exceptis tantummodo agitur, *one.* *& in* prædictarum BENEDICTI, & CLEMENTIS Constitutionum, seu reliquis omnibus *Concordatorum* respectivè leges, atque tenores, inviolabiliter obveniuntur *Constitutiones*, servari; tum scilicet in eo, ut delinquens Ecclesiæ nomine in *Concordato* carceribus retineatur; tum etiam in eo, ut per Episcopos dumtaxat, privativè quoad omnes alios etiam Ecclesiasticos Judicesset, ex iudiciis, ut præfertur, ad torturam sufficientibus, declaretur, an delictum, de quo est quæstio, inter excepta connumerari debet, nec ne; tum denique in eo quod pertinet ad obligacionem restituendi reum ad formam dictarum Constitutionum, quandovis is in progressu cause, indicia hujusmodi sibi adversantia purgaverit, atque diluerit.

Præsentes: Ipsas demùm præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, perpetuæ firmitatis vim, & robur habere, fuosque intensitudinem gros atque plenarios effectus, in locis arque Ditionibus prædictis, debitamque ac respectivè ubilibet locorum, & gentium, fortiri, & obtinere, executionem fortiantur. atque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quoquomodo pro tempore spectabit in futurum, etiam sub statutis penis atque censuris per contravenientes, ipso facto incurriendis, omnino servari: Sicque & non aliter, in præmissis, per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Cardinalium hujusmodi

Con-

Congregationes, & Apostolicae Sedis Nuncios, nec non seculares Curias, & Magistratus, etiam Supremos, aliosve quoslibet, quemque præminentia, & potestate fungentes, & fundiuros, etiam speciali nota, & mentione dignos, sublata eis, & eorum cuiilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, decernimus, ac irritum & inane, si fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, aliisque quibuslibet Apostolicis Contrariis Constitutionibus, Regulis, & Ordinationibus, nec non quarumque non obcumque Ecclesiasticarum aut Secularium Curiarum legibus, editantibus. Etis, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & facultatibus, quibusvis personis etiam speciali mentione dignis, & quavis quantumcumque sublimi dignitate, & auctoritate fulgentibus, & ex quibusvis etiam gravibus & urgentissimus causis, seu quibuscumque Regularium Ordinibus, etiam Mendicantium, & Militaribus, etiam S. Joannis Hierosolymitani, seu Monachorum, aut Clericorum Regularium Congregationibus Societatis, & Institutis, etiam Societatis IESU, aliisque quibusvis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque clausulis, & decretis, etiam moti, & potestatis plenitudine similibus, seu confessorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac plus

ries confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, formas, & causas præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, atque etiam insertis, ac respectu servatis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, prædictis motu, scientia, & potestatis plenitudine derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque: seu si aliquibus communiter aut divisiim ab hac eadem sit Sede indultum, quod nullo in casu, seu extra certos casus, certique de causis excommunicari, suspendi, aut interdicri non possint, nisi per Litteras ejusdem Sedis, facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de Indulso hujusmodi mentionem.

Earum publicatio omnium notitiam perducantur, nec quisquam de eis ignorantiam vim personale inti- pretendere valeat, volumus easdem ad valvas Ecclesiæ S. Joannis mutationis; in Laterano, & Basilice Principis Apostolorum de Urbe, nec non Transump- ta vero an- Cancellarie Apostolice, Curieque Generalis Innocentianæ, aliisque rhographi locis solitis, & consuetis ejusdem Urbis per Curseores nostros, ut fidem obli- moris est, publicari, earumque exempla affigi, sive publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos concernunt, seu conceruent in futurum, perinde afficere, acsi unicuique illorum personaliter intimate, & notificatz fuissent; earum quoque Transumptis, seu exemplis, etiam impreffis manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eandem fidem

in

in judicio, & extra illud ubique haberi, quæ ipfis præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur, & ostenderentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum declarationum, definitionum, ordinationum, confirmationum, prohibitionum, mandatorum, decretorum, & voluntatum infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentre presumperit, indignationem omnipotentis DEI, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCXLIX. Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno Decimo. *Martii 1750.*

D. CARD. PASSIONEUS.

J. Datarius.

V I S A

De Curia J. C. Boschi.

Loco f. Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI Millesimo septuagesimo quinquagesimo, Indictione tertia decima, die verbis sexta mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. BENEDICTI Divina Providentia PAPÆ XIV. Anno Decimo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, & Principis Apostolorum, & Cancellarie Apostolice, Curieque Generalis i. Monte Citorio, & in Aice Campi Flora; ac in aliis locis solitis, & conuentis Urbis per me Dominicum Contini Apstl. Curs.

Antonius Pelliccia Mag. Curs.

R. 3

LI.